

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1705

Auteur(s) : Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1178...

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Rotrou de Warwic, archevêque de Rouen, confirme à l'abbaye du Bec la possession du prieuré de Beaumont qu'il prend sous sa protection, et lui donne l'église Saint-Pierre de Bourneville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Deville Étienne, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, Paris, Champion, 1912, n° XLVIII, p. 43-44.

Texte établi d'après a

Rotodus, Dei gratia, Rothomagensis Archiepiscopus, universis sancte Matris ecclesie fidelibus filiis, eternam in Domino salutem. Cum Ebroicensis ecclesie specialem curam gereremus, divina inspiratione et clementia placuit Galeranno, comiti Mellenti, suggestione ; assensu, et consilio nostro ut in ecclesia Sancte Trinitatis de Bellomonte, in qua divinum officium incuria magistrorum tunc pene defecerat, divinus cultus, qui in ea corruerat, vocatis religiosis personis restauraretur et reformaretur. Hoc autem ut commodius fieret, consilio nostro et amicorum et hominum suorum, predictam ecclesiam Sancte Trinitatis, cum omnibus pertinentibus suis, ecclesie Becci commisit ; et potestati abbatum Becci subjecit, et omnia que tam ex dono Rogeri de Bellomonte, quam Roberti et Galeranni, successorum ejus, specialiter concessa et confirmata, nos approbamus et sigillo nostro confirmamus. Ne autem donatio, quam hactenus ad predictum locum habuimus, inonis et infructuosa estimetur, ea que ecclesia predicta Sancte Trinitatis in diocesi nostra habere vel habuisse dignoscitur vel futuris temporibus poterit adipisci, sub protectione nostra et Rothomagensis ecclesie suscipimus et auctoritate nostra confirmamus. Ex dono eciam nostro proprio ecclesiam Sancti Petri de Burnevilla monachis in predicto loco Deo ministrantibus vel ministaturis in proprios usus convertendam, auctoritate scripti nostri et testimonio sigilli nostri confirmamus imperpetuum possidendum, subjicientes anathemati omnes qui hanc donationem nostram cassare attemptaverint vel in aliquo diminuere vel impedire presumpserint Testibus : Rogero, episcopo Wigornensi ; Roberto, decano Ebroicensi ; Amico et Reginaldo, archidiaconis ; Hugone de Nonant, archidiacono Lexoviensi ; Roberto, capellano ; Hehia et Rogero de Warelbic, canonicis Rothomagensibus.